



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De alio iuvene, qui de probatione gratia soluendorum debitorum
extractus, non est reuersus, cap. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

tum, iuuenibus nostris maximè, non paruum fecit gaudiū. Dominus Geuardus Abbas noster intelligens solam in causa esse leuitatem, eo quòd delusisset vestimenta sua, sola quippe tunica indutus venit, cum tamen satis rogaretur suscipere iuuenem, non consensit: qui mox eadem via, qua venerat, redijt, nec aliquando postea alicuius conuersionis mentionem fecit.

CAPVT XII.

ALIVS quidam adolescens bene natus, & ditum filius, ad nos parentibus ignorantibus venit, & vt reciperetur facilè obtinuit; nolo enim nomina tam huius quam supradicti exprimere, sperans adhuc eos reuersuros, ne fortè ex hoc patiantur confusionem. Factus itaque nouitijs, vix tribus vel quinque diebus elapsis, venerunt amici eius dolentes, & vt reuerteretur ad seculum, plurimum verbis exhortantes. Nouerant eum quandam summam pecunia perdidisse, nescio quo ludo, & magis ex dolore quam deuotione conuersum: & cum non proficerent, suaserunt vt debita sua solueret, & statim rediret: sicque, non vi sed dolo ab amicis extractus, non est reuersus. Et cum solenne votum fecisset inter manus domini Abbatis, & propter hoc coram clero ab eo tractus fuisset in causam, per litteras Legati, alijsque modis, quibus potuit, se defendit, asserens se conuersum ex quadam leuitate, & turbatione animi; quod si verum non esset, exemplum domini Henrici Abbatis nostri imitatus fuisset. **APOLLONIVS**: Hoc quid sit audire delectat.

CAPVT XIII.

CÆSARIVS.

IN Ecclesia Bonnensi idem Henricus canonicus fuit, plures habens redditus; inspirante Deo, fallax seculum occultè deseruit, & desiderio ordinis Cisterciensis accensus, ad domum nostram conuersionis gratia venit. Cum adhuc esset in hospicio, duo milites fratres eius fugam eius intelligentes, & sicut homines seculi-

seculi-